

*52. Instrumentum donationis di
Francesca de Lacupensuli, tutrice
di Angelo de Madio, in favore
della chiesa cattedrale di Potenza*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*52. Instrumentum donationis di
Francesca de Lacupensuli, tutrice
di Angelo de Madio, in favore
della chiesa cattedrale di Potenza*

1353-10-16

(c. 25r) † In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno eius nativitatis millesimo tricentesimo et quinquagesimo tertio, regnantibus dominis nostris domino Lodovico et <domina> Ioanna Dei gratia Hierusalem et Sicilie rege et regina, ducatus Apule#, principatus Capue, Provincie et Forcalerii <sic> ac Pedimontis comitibus, regnorum vero ditti domini regis anno sexto et prefata domina nostra regina anno undecimo feliciter amen, die sexto decimo mensis octobris, septime indictionis, apud Potentiam.

Nos Nicolaus de notario Andrea de Potentia annalis iudex ditte terre Potentie, Angelus de Bonapari puplicus eiusdem terre notarius et testes literati et inlitter[a]ti subscripti et subsignati ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico notumfacimus et testamur quod constituta in nostri presentia nobilis mulier do(n)na Francisca de Lacupensuli, relitta quondam domini Angeli de Madio, legitima tutrice Angeli pupilli, filii quondam Francisci de Madio, filii ditti quondam domini Angeli de Madio et filii ditti quondam Francisci sui filii de Potentia, ex parte una, et donnus Andrea de notario Andrea et abas Bernardus de Episcopo colena et canonicus ac procuratori mayoris ecclesie Potentine, ex parte altera, consentientes prius in nos preditti clerici et canonici [et] procuratores ut supra tamquam in suos, cum scirent ex certa eorum scientia nos suos iudicem et notarium in hac parte non esse, preditta donna Francesca avia ditti Angeli pupilli et legitima tutrix ipsius, ut dixit, mero iure Romano vivens sicut ceteri homines et mulieres ditte terre Potentiam ab antiquo vixerunt et vivunt, non vi, dolo, metu nec aliqua suasionem dutta, ut dixit, pro anima quondam domini Angeli avi ditti Angeli pupilli, cuius est legitima tutrix, et pro anima

ditti quondam Francisci patris ditti Angeli pupilli et filii ipsius // (c. 25v) tutricis, non vi, dolo, metu nec aliqua suasionem dutta, ut superius dictum est, dedit et tradidit titulo donationis <quo supra> nomine, inrevocabiliter inter vivos eisdem Andre# et abate Bernardo, clericis et procuratoribus ditte maioris ecclesie Potentine, nomine et pro parte ditte maioris ecclesie Potentine et nomine et pro parte ipsius subscripta recipientis <sic>, terras ipsius pupilli sitas in tenimento Potentie, in contrata Padii de Suspensis, his finibus circumdatas; quarum ab una parte tenet ecclesia Santi Cinustrii mediante limite comuni; a secunda parte tenet idem abas Bernardus vineam suam; a tertia parte tenent heredes quondam Iohannis Nicolai de Lucupensuli <sic>; a quarta parte tenet camera Potentina mediante limite comuni; ac etiam pro luminaribus et satisfactione decimarum et pro anima ditti quondam domini Angeli de Madio et filiorum etcetera. Quapropter predicta domina Francesca eisdem domino Andre# et abati Bernardo clericis, canonicis et procuratoribus ditte maioris ecclesie Potentine, pro parte ditte ecclesie, dedit pro satisfactione decimarum et luminaribus, pro anima ditti quondam domini Angeli de Madio, Francisci de Madio et filiorum eiusdem omni Angeli, <liberam et omnimodam potestatem> tenendi, possidendi in perpetuum predictas terras pro luminaribus ut supra, promittens insuper prefata domina Francesca eisdem donno Andre# et abati Bernardo clericis, canonicis et procuratoribus ipsius maioris ecclesie Potentine per se suisque <sic> heredes et preditti procuratores pro se suisque heredibus stipulantes, litem vel controversiam predictis procuratoribus nomine quo supra et successoribus eius ullo unquam tempore nec inferre nec inferenti consentire, immo ipsas terras

ab omni homine legitime defendere, autorizare et
disbrigare et predittam donationem omnia et singula
in perpetuum // (c. 26r) observare et rata habere et
tenere et non contra facere vel venire, per se, alium
vel alios, aliqua causa vel ingenio, de iure vel de fatto,
in iudicio vel extra iudicium, sub pena unciarum auri
quinque, medietate ipsius pene curie et reliqua medietate
dittis donno Andre# et abati Bernardo procuratoribus ut
supra et eorum successoribus si secus modo <sic> fieret
applicanda, me prefato notario puplico pro parte ipsius
curie ac dittis procuratoribus pro se et successoribus
suis penam ipsam legitime et sollempniter stipulantibus.
Qua pena soluta vel non, supraditta omnia et singula
inperpetuum perdurent; et <ad> maiorem cautelam
preditta domina Francisca in manibus ditti donni Andre#
et abatis Bernardi procuratorum, ut supra, iuravit ad santa
Dei Evangelia corporaliter per eam tatta supraditta omnia
et singula per eam inperpetuum observare et quolibet
<sic> premissorum facere ab omnibus observari.

1

2

3

4

Et taliter ego idem Angelus de Bonapari puplicus
Potentie notarius hoc presens puplicum instrumentum
scripsi qui predittis omnibus rogatus interfui et meo
solito signo signavi. (SN) Ego Nicolaus de notario

Così S per tutrix

Così S per clerici, canonici ac procuratores

Così S per Podii

Così S verosimilmente per Eunufrii

Andrea iudex civitatis Potentie qui supra Ego presbiter
 Guarnerius de Gratiano interfui Ego Antonius de Balba
 testis interfui Ego Gualterius de Cacupensuli interfui
 Ego Raimundus de Motsano testis interfui Signum
 crucis proprie manus Nicolai de Ricco testis scribere
 nescientis